

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XII Ut autem habitum sibi comparare possit, crebrò sese concionando
exerceat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

loco privato & solitario, uno atq; altero præ-
 sente vires suas periclitetur, ut subinde admo-
 neri possit, si quid op9 emendatione. Id cum
 semel atq; iterum factum, publico se com-
 mittere poterit loco. Benè *M. Andreas Crebs*
 in praxi Rhetor. Eccles. Lib. II. cap. 13. *Deplorandum*, inquit, *quod Studiosi Theologia penitissimè*
studium Oratorium negligant, exercitiaque
(privata) omnia ex alto despiciant, stolidâ opini-
one ducti, non melius se exercere posse, quam si in
suggestum prorumpant. Deniq; initium Exer-
 citiorum Concionatoriorum faciat in mate-
 riis facilioribus & notioribus, hæ enim firmi-
 us memoriæ inhærent; Religionis nostræ
 fundamenta didacticè & perspicuè propo-
 nat; disputationes cum adversariis non fa-
 cile admisceat, nec horum, illorumve peccata
 in specie arguat; Alia enim est ratio eorum,
 qui extra ministerium sese exercent, quàm
 Ministrorum Ecclesiæ, quibus animarum
 cura commissa est.

XII

Ut autem habitum sibi comparare
 possit, crebrò sese concionando exer-
 ceat.

Εξήγησις.
ἐπαγωγὶς δακτύλου Paulus Timotheum, *γνώσιον τέκνον*
 suum

suum *ἐν πίστι* & quemq; nostrum jubet, *ἀναζω-
 πωρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ* 2. Tim. I. 6. Est verò
ἀναζωπωρεῖν propriè, ignem exiguum sub cine-
 re reconditum, molli flatu & appositione li-
 gni aut affusione olei, refovere, vivificare, ex-
 fuscitare, ut vires resumat & flammâ. Quem-
 admodum igitur scintillæ ignis vel cineribus
 consopitæ exstingvuntur, vel deficiente ma-
 teriâ, expirant, nisi insufflentur folle, aut ex-
 citentur flabello admoto, & lignis subjectis,
 aut oleo affuso, foveantur; ita cujusvis *χάρις-
 μα* seu Donum Dei fidei institutione & ma-
 nuductione, devotâ oratione, sedulâ lectio-
 ne & crebrâ exercitatione excitari, coli, fove-
 ri, augeri & roborari potest. Meminerimus
 quoq; in usum esse applicanda dona Dei, ne
 rubiginem otiosa & suppressa contrahant, &
 ignaviâ nostra suffocentur. Ex tribus enim
 illis, quæ Philosophorum princeps ad veram
 sapientiam dixit cum primis esse necessaria,
 puta, *φύσιν, μάθησιν καὶ ἀσκήσιν*, *Naturam, Do-
 ctrinam & Exercitationem*, postremum qui-
 dem locum, aut primam facile vim atq; vir-
 tutem obtinet Exercitatio. Nam licet inge-
 nium ad capiendas disciplinarum præcepti-
 ones sæcundum fati & liberale sit, tamen
 in proponendis, inculcandisq; necessariis
 nulli parcat labori atq; operæ à docentibus,

ipsumq; ingenium & memoria discantis per
omnes præceptorum apices ad solidam eru-
ditionem perveniat, nisi tamen optimus ille
ac efficacissimus artium Magister,

Solus & artifices qui facit, usus,
accedat, & in ipso etiam studiorum velut ei-
sodio monstretur & adhibeatur, inspectetur &
colatur in omni cursu; nec cupidè, quæ tra-
duntur accipi, nec quæ recipiuntur, tenaciter
retineri assolent. Verè dixit Plinius Lib. VIII.
Epist. 14. *Difficile est, tenere, quæ acceperis, nisi
exerceas.* Et Cicero 3. ad Herennium ait; *In
omni doctrinâ infirma est omnis artis præceptio,
sine summâ assiduitate exercitationis.* Triaq;
est Marcelli sententia; Omne artificium reci-
pere incrementum continuâ exercitatione,
quâ ingenium, si obtusius fuerit, acuitur, si
per se valeat, vehementer intenditur, fitq;
perspicacius, neglectâ verò illâ rubiginem
contrahit. Natura incipit; doctrina dirigit,
sed Exercitatio perficit. Hinc Gentium Do-
ctor Paulus eos, qui Ecclesiæ Christi aliquan-
do inservire, & alios in doctrinâ fidei & pie-
tatis erudire cupiunt, eò contendere jubet, ut
habitum cognitionis acquirant, & αὐτὴν ἀντι-
ποιναμένην, sive sensus exercitatos habeant He-
br. V. 14. *Quod natura pollicetur, quod infor-
matio instillat, hoc Exercitatio confirmat & con-
sum-*

sum-

summat. Unde Demadem, Atheniensium
Oratorem interrogatum, quem Eloquentiæ
Magistrum habuisset, respondisse ferunt; τὸ
τῶν Ἀθηναίων βῆμα, *suggestum Atheniensium*; 3
quod innueret, optimum dicendi artificem,
nō tam esse laboriosam institutionem, quā
iteratam sive frequentatam toties exercitati-
onem, quæ interdum, sive id, quod naturæ
negatum, sive quod ab arte non impetra-
tum, compensasse velut de suo visa est. ἐκ γὰρ ἔ-
λέγην, τὸ λέγειν, juxta vetus sapientissimorum,
Græcorum adagium. Item, *Exercitatio potest*
omnia. Exercitatione segniores accenduntur,
timidiore animantur, imperitiores adjuvan-
tur, curiosiores fatiantur, omnes incremen-
tum ab usu & exercitiis capiunt. *Putei,*
qui exhauriuntur, inquit Clemens Alexandr.
Lib. I. ἐρρωματωρ, *emittunt aquam magis per-*
spicuum, *corrumpuntur autem hi, quorum nul-*
lus est particeps: ferrum quoque usus servat
purius, defectus verò usus generat ei rubiginem.
Sic exercitatio salubrem habitum parat & spiri-
tibus & corporibus &c. Optimè Ambrosius Lib.
I. Offic. cap. 10. *Quomodo, ait, sine exercitio do-*
ctrina, aut sine usu profectus? Qui disciplinam
bellicam vult assequi, quotidiè exercitatur armis,
& tanquam in procinctu positus, præludit præli-
um, & velut coram posito prætendit hoste, atque

ad peritiam, viresq; jaculandi, vel suos explorat
 lacertos, vel adversariorum declinat ictus, & vi-
 gilanti excipit obtutu. Qui navim in mari re-
 gere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius
 in fluvio praludit. Qui canendi suavitatem
 & vocis affectant præstantiam, prius sensim ca-
 nendo vocem excitant. Et qui viribus corpo-
 ris legitimoque luctandi certamine coronam pe-
 tunt, quotidiano usu palestra durantes membra,
 nutriendas patientiam, laborem asvescunt. D.
 Hieronymus de suis ipse præexercitamentis ita
 scribit. Qui navali pralio dimicaturi sunt,
 ante in portu & in tranquillo mari flectunt gu-
 bernacula, remos trahunt, ferreas manus &
 uncos præparant, dispositumq; per tabulata mili-
 tem, pendente gradu & labente vestigio stare,
 firmiter consvescunt, ut quod in simulacro pugna
 didicerint, in vero certamine non perhorrescant,
 ita & ego prius exerceri cupio in parvo opere; &
 veluti quandam rubiginem lingvæ abstergere,
 ut venire possim ad latiorē historiam &c. Cas-
 siodorus venuste; Ars bellandi, inquit, si non
 praluditur, cū necessaria fuerit, non habetur: a-
 nimosq; subito ad arma non erigunt, nisi qui se
 ad ipsa idoneos præmissa exercitatione confidunt.
 Sacras proinde juveniles non negligant Mi-
 nisterii Ecclesiastici Candidati, sed quod à
 Præ-

Præceptoribus didicerunt, quod ex optimis Auctoribus hauserunt, perpetuo exercitio au-
geant & confirmant. Q. An peccent Studiosi Theologiae, qui concionando sese exercent, in Pauli effatum Rom. X. 15. *Quomodo predicabunt, nisi missi fuerint?* Resp. Nequaquam; Mittuntur tales Concionatores ab illis, quibus inspectio Ecclesiae commissa est. Mittuntur etiam à suis Præceptoribus; qui volunt, ut Studiosi, qui progressus aliquos in Theologia fecerunt, sese concionando exerceant, & ad capeffendum Ministerium ordinarium, mature se præparent ac muniant, memores illius Paulini 2. Tim. I. 6. supra allegati. Exercitia itaque illa ipsis permittuntur à Pastoribus, quibus id juris concessum est ab Ecclesiâ, ut admittant Ministerii sacri Candidatos ad publicè concionandum, ut & exerceantur ipsi & probentur, atque ad sacrû ministeriû præparentur. Non quidem appellanda est vocatio, sed privata missio. B. Lutherus in Colloq. mensal. c. 22. f. 271. distinguit inter *vocationē fidei* & *Charitatis*. *vocationē fidei* vocabat, cū quis ab illis, qui jus vocandi habent, ad ordinariû docendi ministerium vocatur. *Vocationem Charitatis*, cum quis exercitii gratia ad habendam concionem pro alio vocatur & mittitur. Vide B. D. Baldwinum Com. in Epist. Rom. loc. alleg. quæst. III. p. 198. seq.

XIII.